

Prov. 24. cadit iustus, & resurgit. Proverb 24. num. 16. Iustus enim vocabulum non amittit, qui per poenitentiam semper resurgit. Et idem habet Epistol. 45. Septies, id est saepe sapius, graviter forte delinquit. Si torques cadit, quomodo iustus adhuc appellatur? Tam velociter resurgit, ut quodammodo nomen iusti videatur non perdere, sed retinere; ac si eodem tempore cadens, & resurgens, fuerit. D Paschal. lib. 2. in matth. Cadit, ait, quidem iustus per varios delictorum excessus, sine quibus nostra mortalitas non subsistit; sed resurgit illico per humilem confessionem. Alioquin non iustus interea censeretur, dum incidere: si non iustificatus continuo veniam resumeret. Expende: Non iustus interea diceretur, dum incidere. Ev dens est poenitentia recuperari honorem peccato amissum, ut qui vita sanctus ac iustus erat, sanctus adhuc, & iustus appellatur: ac si non perdit erit odorem sanctitatis, ac splendorem iustitiae, cum resurgit illico per humilem confessionem.

97. Cant. 1. n. Unde nigra, nisi à peccati colore: ut avertit Bernard serm 23. Tali fuisse modo potest sponsa, ut non careat. Unde ergo pulchra: si per poenitentiam de peccato dolet ut pulchra ex nigra virgo evadat, & faciem coelesti splendore dignam ostendet. Theodor. Nigra, ait, ob superiorem impietatem; pulchra vero propter poenitentiam. Unde simul dicitur, nigra, & formosa. Nigra ob lapsum; formosa, quia cito, & magno conatu resurgit.

QUESTIO XIII.

Quare cum hic Episcopus unum charitatis opus reliquerit, ad multa tamen opera adimplenda adhortatur?

98. Dicitur huic Episcopo: Prima opera fac. Multa erant prima opera huius Episcopi quando ipse erat valde fervidus in honore dei: tunc enim multum instabat in praedicatione verbi Dei; in destructione cultus idolatriae, quae Dianae deferabatur; in elemosinis faciendis: in adiuvandis oppressis in patientia, ac tolerantia multorum laborum, & tamen cum ab his exciderit, solum ei obicitur defectus in charitate, Tuam primam charitatem reliquisti: & nullum aliud opus nominatur: Si ergo unum charitatis opus reliquit; cur ad multa opera adimplenda exhortatur?

99. Respondet primò D. Paschal. lib. 4. in lamentat. Jeremiae: Quae opera; ait, videlicet, caritas dilectionis, sine qua nulla invenitur virtus boni odoris, propter etiam ipsa virtutes operum, quae sine dilectione sunt, rectè planguntur quod amplexa sint stercorea, dum sine ipsa amittant fragrantiam boni odoris, & veniunt in fetore praevae intentionis. Et si multa virtutum erant opera: omnes tamen virtutes à charitate habent praestantissimum decorem, & odorem; & idè non expressè ad charitatem sed ad prima opera praestanda revocat; magnus est enim nexus operum & charitatis: qui amat operatur; nescit torpere amor verus, operibusque & laboribus fovetur; & verum, ac perfe-

Iustus, & sanctus ad hoc est, qui facti poenitens dolet.

Virgo a peccati macula sana.

Difficultas questionis.

99. d. paschal.

Amor nescit cessare ab operatione.

Sine charitate virtutes non habent perfectionem.

ctum opus nescit consistere sine amore; & idè idem fuit Episcopum ad prima opera revocare, ac ad primam charitatem, sine qua nullum opus habet nec perfectionem, nec odorem.

Dicitur apud Ezechiel. 17. num. 3. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri: Summitatem frondium ejus avulsit, & transportavit eam in terram Chanaan. Drogo Host eni. legit ultima verba, in terram Sanaar, hoc est fetorem, Sanaar enim fetorem sonat: Et unde hic cedrus in tantam miseriam devenit, ut cum ejus nativus locus esset Libanus, qui à candore nomen habet ab ipso tamen Libano tota summitas frondium transmutatur in Sanaar hoc est in terram fetorum? nonne illae speciosae frondes cedri, à natura sunt odori eræ, ac incorruptibiles, quo modo à rapaci aquila transportantur in terram corruptionis, ac fetoris? Cedrus, Israel erat; frondes verò virtutes, ac actiones quibus in Dei obsequio componebatur, ac exornabatur Unde ergo sic abeunt in corruptionem, & fetorem? Textus in verbis antecedentibus insinuat rationem: Tulit medullam cedri. Ubi enim primum medullam cedri, medullamque virtutum, & charitatem nempe, Diabolus eripuit, statim ceterae omnes virtutes, ac actiones, & operationes in fetorem, ac corruptionem transmutantur, ut nihil praetii, ac valoris deinceps haberent Drogo lib. de Sacramento Passi. sic ait: Tulit medullam cedri: cuius medulla est charitas, quam singulariter nititur expugnare Diabolus. Summitatem frondium ejus avulsit, & sermonem sapientiae, qui excellentissimus est, evellit ab amore Dei. Et asportavit in terram Sanaar, hoc est, fetoris eorum.

Secundò Multae hinc huius Episcopi Ephesini recententur virtutes. Sic dicitur vers. 2. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam; & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt, Apostolos esse, & non sunt: & invenisti eos mendaces; & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & non defecisti. Inter tot praclaras virtutes huius Episcopi, unicus charitatis defectus ei obicitur, unicaque charitas desideratur: Habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Et tamen cum una charitas sola sit desiderata, ad multa opera implenda exhortatur: Memor esto, unde excideris, & poenitentiam age, & prima opera fac. Si charitatis defectu laborabat, & inde haec ei tantum obicitur, cur ei dicitur, prima opera fac; & non potius, primum tuum opus exhibe? Volebat Dominus, ut Episcopus ad suum pristinum charitatis ardorem rediret. idè non primum opus, sed prima opera exigit: nescit charitas in nobis inesse, absque eo quod multitudine operationum fuget; si ardor charitatis adest. statim mens operationum multitudinem fecundatur. D. Greg. lib. 10. Moral. Cum una, eademque sit charitas si memem plenè ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accendit.

Dicitur Ecclesiasticè 39 n. 17. & 18. Obardite me divini fructus, & quasi rosa plani a super rivos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem suavitatis habere. Florete flores, quasi liliam.

100. Ezech.

103. Cant. 1. Septuag.

Sine charitate virtutes rumpuntur.

Drogo.

101.

104. Rupert. Richard Hugo. Corn. Menoch. Tirinus.

Valde durum alium in sua dignitate videre.

Charitas in multa opera diffunditur.

1. Reg. 2. Symmach.

105. D. Thom. Haymo. Dionys. Zeger.

101. Ezech.

lilium. Ad fructus dirigitur fetmo, & ab eis perit, ut fructificent, ac floreat, ac simul nempe exhibeant maturos fructus, ut suavissimos flores & ubi tales fructus inveniantur, ut simul ab eis exoptari flores possint; nam cum fructus apparent, flores disparent; fructus enim in florum interioribus est. Talis sane est divinus amor: nequit enim otiosus esse, sed simul producit maturos, ac plenos fructus, & etiam praclarissimos aliorum flores; praebet nempe consummatas, ac perfectas virtutum operationes, & initia, ac exordia, veluti flores ad alia magnifica opera edenda: nunquam quiescit amor, sed cum quidam bonorum operum fructus finiuntur, statim veluti flores, exordia aliorum pullulant, ut si uni finiuntur, alii sine mora producantur.

Dicebat anima sancta apud Septuag. Cant. 1. n. 1. Osculetur me ab osculo oris sui. Non unum osculum postulat, sed multa sine termino, & fine; & qui vere Deum amat, non uno opere contentus est, sed in multa diffunditur, à quibus cessare nescit. D. Ambros. lib. de Isaac cap. 3. Non unum osculum quavis, ait, sed plura: ut desiderium suum possit explere. Quae enim diligit, non est unius osculi paritate contenta, sed plura exigit, plura vendicat. Denique & illa in Evangelio sic probata est: quia non cessavit, inquit, osculari pedes meos, idè dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

QUESTIO XIV.

Quid significetur per haec verba: Movebo Candelabrum tuum de loco suo?

Locus satis difficilis, & multis interpretum expositionibus plenus. et primò Rupertus, Richardus de S. Victor, Hugo, Cornelius à Lapide, Menochius, Tirinus, & est communis Recentiorum: Movebo Candelabrum tuum de loco suo, hoc est, Candelabrum, Ecclesiam nempe, à te auferam, ne sis ejus caput, ac Episcopus eamque in alterius manu collocabo. Sic cap. 1. num. 20. dicitur: Septem Candelabra, septem sunt Ecclesiae. Haec autem dicuntur moveri de loco, id est de statu suo, cum ab uno capite, Episcopo nempe, ad alium transferuntur, & in ejus manu gubernantur ponuntur: si regna dicuntur moveri ac mutari de gente in gentem cum Rex, aut Imperator mutatur. Sic Monarcha Chaldaeorum dicitur mutata, & translata ad Perlas cum Monarcha factus est Cyrus; & Perfarum ad Graecos, cum Monarcha factus est Alexander; ac proinde pro magna poena ei assignatur, quod exspoliatus à sua dignitate videbit alium in suum locum introductum. Et sic dicitur ad Heli 1. Reg. 2. num. 22. Viscebus amal in tuum in templo; Symmachus vertit: Aspicias tribulationem.

Secundò, & valde probabiliter, magis explicans superiorem sententiam, S. Thomas, Haymo, Dionysius, Nicolaus Zegerius, Ribera, M. Joannes de la Haye & alii: per Candelabrum intelligunt ipsam dignitatem Episcopalem; sic Haymo per Candelabrum, non intelligit Ecclesiam, sed Episcopatum: ac proinde ut sit sensus, movebo te ab Episcopatu Ecclesiae; auferam tibi dignitatem aequae, ac gratiam & dona Episcopalia, quibus praesides, ac praefulges Ecclesiae tuae Impugnat Alcazar haec sententiam quia in ea non accipitur Candelabrum pro Ecclesia: nam in hac visione cap. 1. versu ultimo dicitur: Septem Candelabra, septem sunt Ecclesiae. Respondetur tamen cum Primasio, ut citato loco dixi: nam quamvis Episcopus, & Ecclesia duo sint, tamen ita sunt similia, & connexa, ut unum esse videantur.

Tertio, Andreas Caesariensis, exponit, Candelabrum, id est, sedem Pontificiam Ephesio auferam, & transferam eam in regiam civitatem: v.g. Byzantium sive Constantinopolim. Quarto, Idem Andreas Caesariensis. Nudabo plebem tuam gratias, & provisione mea; eamque in finibus, & tempestates conjiciam. Quintò, Victorinus Martyr: Movebo Candelabrum, id est, aspersionem plebem tuam. Ac proinde ob id dicitur Episcopi, & Praelati, minatur poenam in plebem. Sextò D. Ambrosius, Beda, D. Bernardus, Senensis. Per Candelabrum, ait, hic designatur merces, quae debetur cura pastorali, quam à te movebo. Septimò Lyranus: Obedientia, ait, tua subtraham subditos tuos. Ut ita damno temporali cogatur ad respiciendum.

Octavo, Alcazar adhaerens sententiae Andree Caesariensis, quarto loco relatæ, ait, quo hic Episcopus punitur poena suae remissioni convenienti; ac si ei dicitur, exstimabas, te quiete, ac tranquillitate fructurum, remittendo aliquid de tuo fervore, ac zelo; sed eadem res devolvetur in majorem civium seditionem, ac fidelium perturbationem: ex remissione ducis magna militum perturbatio oritur; & ita, dum tua remissione parabas tibi quietem, incidis in multam inquietudinem, ac perturbationem; & ita poenam tuam negligentiam seditionem, ac commotionem civium, in magnas tui molestias.

Sed haec sunt valde moraliter dicta, dum per Candelabrum accipitur quies, obedientia, merces Episcopi, vel collectio ac congregatio populi. Haec non sunt genuina, nec ad literam, quam intendamus explicare. Deinde ut bene notavit Cornelius, non Ecclesiae, sed ipsi Episcopo peccanti poenitentia hic intendatur.

Ut explicem quid sentio in hac re: advertite, quod Candelabrum dupliciter intelligi potest, Primò pro Ecclesia cap. 1. vers. ultimo: septem Candelabra, septem sunt Ecclesiae. Secundò pro viro iusto & sancto, fulgentem coram Deo in omni iustitia, & sanctitate. Sic de Parente Helia, ac Henoch, dicitur cap. 11. n. 4. Hi sunt duo olivae, & duo Candelabra, in conspectu Domini terra stantes.

Ut explicem quid sentio in hac re: advertite, quod Candelabrum dupliciter intelligi potest, Primò pro Ecclesia cap. 1. vers. ultimo: septem Candelabra, septem sunt Ecclesiae. Secundò pro viro iusto & sancto, fulgentem coram Deo in omni iustitia, & sanctitate. Sic de Parente Helia, ac Henoch, dicitur cap. 11. n. 4. Hi sunt duo olivae, & duo Candelabra, in conspectu Domini terra stantes.

Primò ergo sic explicio, juxta secundam sententiam: Movebo Candelabrum tuum de loco suo. Sic accipiendum; auferam tibi tantam Episcopalem dignitatem, & ea, in quibus lucere solebas, super omnes alios Episcopos Asiae inter quos tenebas primum locum, ut pote Primas, & Metropolitanus; (talis erat episcopus Ephesinus, ut dixi in expositione) ac proinde ex hoc primo, & illustri loco in ultimum te conjiciam, & abjiciam: poenam enim propo-

106. Andr. Cael. Victor. Ob delictum Praelati, poena in populum. D. Ambrosius, Beda, D. Bernardus, Nicol.

107. Alcazar. Qui per remissionem quirit quietem, invenit perturbationem.

108. Apoc. 11.

109. Dupliciter candelabrum accipitur.

110. Sententia auctoris.

Committatur Episcopus, quod à sua dignitate sit amovendus.

proportionata est culpae, ut qui reliquit primam charitatem...

111.

Philipp. 1.

Amovendus à loco...

Candelabrum propter lucernam.

112. Cantic. 8.

Charitas multipliciter fulget, ac lucet.

Cassiod. Beda. D. Anselm.

Orgelii.

Tres Patres Delrio.

113. Joan. 1.

lum in eo non est. Qui autem odii fratrem suum, in tenebris est...

Tobias, c. 2. n. 10. Contigit ut quadam die fatigatus à sepultura...

QUESTIO XV.

Quare, antequam Deus inferat poenam, minatur dicens: Venio tibi?

Non dixit Angelus absolute: Venio tibi & movebo Candelabrum tuum...

Ad questionem, & primo. Ait Dominus in presenti: Poenitentiam age...

114. Tob. 2.

In opere...

Ezech. 22.

D. Hieron.

117.

Deus in misericordia...

Ezech. 7.

D. Hieron.

118. Rupert.

Deus...

115.

S. Bach.

119.

2. Reg. 2.

Mendoza.

Genes. 6. D. Hier.

dere, hæc omnia tamen optimè inter se conveniunt, etenim ob eandem causam...

Secundò. Venio tibi, & movebo Candelabrum tuum. Hæc phrasim, venio tibi...

Tertio Rupertus; Sicut ait, multa sacra Scripturæ testimonia, sic & locus ille docet...

Quod valde familiare est Deo in sacris litteris. Vir Dei ait Heli: Ecce veniunt dies...

Quod valde familiare est Deo in sacris litteris. Vir Dei ait Heli: Ecce veniunt dies...

tur, ait, in eo esse crudelis, quod peccantibus locum poenitentiae non dedisset...

Quartò. Iterum premo citata verba: Sed grande intervallum vocis sue; magnamque...

Cum Dominus cogitaret de solvenda Jericunte, præcipit Josue ut ipse cum toto exercitu per septem dies circumiret civitatem...

Ait Deus apud Moysen. Exod. 10. n. 5. Ego sum Dominus Deus tuus, visitans iniquitatem in filios in tertiam & quartam generationem...

120.

Cunctatur bonus iudex...

Cassiod.

Baron. Sueton.

121.

Josue. 6. Tardè punit homines boni princeps.

Gen. 1.

D. Chryl.

122. Exod. 10.

Deut. 5.

Poenam differre bonus Deus.

D. Hieron.